

ILLVSTRISSIMO

PRINCIP ET DOMINO D. HVLDRICHO, DVCI VVIR-
tembergensi & Tekkensi, comiti Montisbelgardorum &c.
studiorum mecenati ac domino pientissimo suo, Luito-
uichus Schradinus deditissimus. S. P. D.



PECTATA SANE A MAIORIBVS RATIONER E
ceptum uidemus, princeps illustrissime, ut h̄, qui seu studi-
orum suorum specimen, seu facinus egregium aliquod aedi-
turi sunt, uigilanti animo semper optimum quemque re-
gem, aut principem, optimatemue selectum habent, cuius
authoritate arbitratuque id, quicquid fuerit operis, uel in lu-
cem proferunt, uel alioqui animosiores in arenam descen-
dunt. Haud ita dissimili studio, utinam & pari (quod & spero) successu, grauissi-
mos M. Ioannis Stoeferli Iustingenensis, in Procli sph̄aram commentarios, claris-
simo tuo nomini ab authore ipso reuera famatum dicatos, nuper etypis quam
emendatissimè excudendos, diligentissimorum quorundam commilitonum
opera adiutus, curauit. Ut uel aliquo saltem iuditio nostram, adeoq; publicam
receptæ patriæ gestientem laetitiam commonstraremus. Necq; enim nunc pa-
rentis suauiissimi, aut meispliis superioribus bellis accepti damni causam per-
orare institui. Quamuis meo id iure quodammodo posse, mihi uidear.
Et iamnunc etiam omnia tecum patria iura pariter, uelut postliminio rediisse,
atq; unà nobis donata esse, passim existiment omnes. Verū id quicquid sit qua-
stionis, ab hac reipub. literariæ causa me non auocabit: quam omnibus modis
prīmam esse debere, quis uel mediocriter eruditus neget? Neque item regiōe,
quòd è malis istis miserum extraxeris, atq; me in gratiam receperis, Immò & in
ter fidos tuos clientes asciueris, prolixam nunc gratiarum actionem subtexere
animus est, quæ maiore cum fœnore quandoq; prodibit. Interim tamen, gene-
rosissime princeps, eruditissima isthæc de re astronomica, uiri optimi commen-
taria, ea qua es humanitate, in tutelam accipere, lectitareq; si quando uacau-
rit, non dedigneris. Puto enim, nequaquam Mathematicorum nomen lauda-
tissimum apud te inuisum esse. Etiam si non ignorem hodie permultos alioqui
reperi, qui nescio quo ducti spiritu, qum sese omnia scire arbitrentur, graui su-
percilio diuinam illam artem, quæ de astris nobis miro cū ordine naturæ, tum
efficacissimis experientiæ formulis, à maioribus, uelut per manus, tradita est,
publicis clamoribus, ordine (ut opinantur) mouere, prorsusq; ceu Christianæ
fidei aduersam explodere moliantur. Quasi uero, si hanc artem admittant, liber-
tas Christiana consistere nequeat. Contrà uero, si prorsus eam circumducant,
protinus omnia ineuitabili serie, adeoq; philosophico isthœc fato nobis accide-
re, præter etiam conatum, immò & contra preces orationesq; supplices, ad De-
um opti. maxi. christiana pietate porrectas, conuinxerint. Sedenim sententia
hæc theologicis hodieq; concertationibus, & (heu) maximo malo publico, ua-
cat minimè. Attamen, si uerum fateri licet (habemus enim & nos, ut Aposto-
lus ait, spiritum) nullus unquam Christianæ religionis germanus sectator, quæ-
tuus conscientiosulus extiterit, tam præclaram artem ex hominum animis
funditus extirpandam necq; duxit, nec fidei aduersam dixit. Præsertim qum un-
dicq; scripture, CH R istusq; adeo ipse, nonnulla indicia commemoret, quæ uir-
tute coeli, pulcherrimo illo & admirando Dei O P T. M A X. opere uel in aëre te-
nuissimo, & ad quemuis flatum elemento mutabili, certo euentura à nobis pre-

¹.Corinth.7.

sciantur. Nam aërem à seipso, tantis mutationum procellis inuolui, dicere stulti est, credere fatui, asserere dementis. Ni dixerit quispiam, non concessum nobis cœlum, tot innumeris que redimitum stellis, faciem tamen cœli solam, uel imperitos longo usu dijudicare posse, & ob id arte nulla uestigari. Atqui unum hoc uicissim, ex tam strenuis illis fidei assertoribus sciscitari lubet, quos nam sententiae huius suæ authores habeant? Quandoquidem non aërem aut humana ingenia cœlum, sed cœlum corpora terrena, aëremque permutet. Quod si etiam in frontem perfixerint, eò rem redisse video, ut omnino circumfusum aërem, omnium quæ mortalibus inimicè accidunt, causam tandem affirmare perdurent. Quum & iam non loquendi audaciam, sed iam solum popularem uulgique applausum, hac in re tam absurdâ seminanda, desiderent. Vides hic, generosissime princeps, ut unico saltem testimonio, cætera quæ in hanc egregiam scientiam æmuli comminiscuntur, expugnari possent. Quandoquidem si cœli nos faciem diudicare certum sit, utique omnino eius rei scientiam existere necessarium est. Et ne longior sumatur oratio: quid efficacius aliquam unquam artem commendauit, quam ubi artificiosam rationationem, infallibili successu, conspicuoque experimento natura ubique firmat? Id quod præsertim hac in scientia usuuenire bonis omnibus est manifestum. Nec est, quod quis illico à me nunc uel insignis huius mathematicæ artis uberiorem usum, uel authorum catalogum expectare uelit. Hæc siquidem abunde satis tot tam præclara uolumina, tam multi instrumentorum certissimorum acerui, tam innumera uirorum facta fortissimè gesta, declarant. Et merito quis, profecto, mentem in me saniorem, si omnia persequi uelim, desideraret. Est tamen huius rei modus, intra quem homini Christiano, inter philosophandum cōsistendum, & ultra, etiam in nostra isthac arte progredi, religio sit. Veluti si quis perpetuam salutem, fideiue causam ex astris iamiam emetiatur: aut omnem D E I O P T. M A X. potentiam astris infusam contendat: Seu hominis animum ita illis subiectum, ut aduersus inclinationem cœlestem illam, nunquam ad uirtutem opusque perfectum aspirare queat. Et si quid est huiusmodi ineptiarum. Hoc enim loci, unicum Socratis responsum præ oculis habendum censeo. Quem, quum corporis habitus, multis uitorū laqueis irretitum ostenderet, ingenuè fassus est, Prauo quidem affectu sæpe se illectum esse, sed sapientia prudentiaque sedulò uicisse. In nunc æmule, & si qua in hanc artem habes, profer. Socrates astrorum incitatione pertulit, immò uicit, I E S V Christi gratiam nesciens. Actu nobis desperandum comminisceris, quibus insuper uictricem gratiam illam, tot sacramentorum præsentia infundit, unanimeque ecclesiæ ac fidelium assidua preces poscent, atque Christus, uera credentium cum sapientia tum salus indies petentibus, tanta benignitate seipsum elargitur. Iam qualem tu nobis Christi militem effingis, si nihil reliqui facis, cū quo illi depugnandum sit. Porro si carnem nunquam non titillantem, si uernantem mellitus uitios mundum, si fallacem, subdolūque satana, diram denique mortem ipsam, indefessos inimicos proponis: Obscurio, recta rem tecum reputes uia. Nonne quum carnem, aut mundum nominas, omnia dicas, quæ carnem efficiunt, illaque aut mundo adhærent, uel quo modo opem ferunt? Et ea tamen omnia, Paulus ille reuera tam non timet, ut post enumeratas, & per gratiam ubique superatas tot calamitates, gloriose dicat, omnia omnibus factus sum &c. Et rursus. Omnia possum in eo, qui me confortat. Atque sexcenta scripture similia testimonia. Forsitan quispiam nunc mihi interim obtinet, temeritatem exprobraturus: Quippe iuris sectatorem adolescentemque adhuc, philosophicam quæstionem istam Theologicè, ultra crepidam (quod aiunt) nec sana ratione pertractare. Cui expendendum relinquo,

Iacobi.1.ca. Iacobus, atque Christus, uera credentium cum sapientia tum salus indies petentibus, tanta benignitate seipsum elargitur. Iam qualem tu nobis Christi militem effingis, si nihil reliqui facis, cū quo illi depugnandum sit. Porro si carnem nunquam non titillantem, si uernantem mellitus uitios mundum, si fallacem, subdolūque satana, diram denique mortem ipsam, indefessos inimicos proponis: Obscurio, recta rem tecum reputes uia. Nonne quum carnem, aut mundum nominas, omnia dicas, quæ carnem efficiunt, illaque aut mundo adhærent, uel quo modo opem ferunt? Et ea tamen omnia, Paulus ille reuera tam non timet, ut post enumeratas, & per gratiam ubique superatas tot calamitates, gloriose dicat, omnia omnibus factus sum &c. Et rursus. Omnia possum in eo, qui me confortat. Atque sexcenta scripture similia testimonia. Forsitan quispiam nunc mihi interim obtinet, temeritatem exprobraturus: Quippe iuris sectatorem adolescentemque adhuc, philosophicam quæstionem istam Theologicè, ultra crepidam (quod aiunt) nec sana ratione pertractare. Cui expendendum relinquo,
anne

I. Corinth.9.
Philip.4.

An'ne quid etiam Casco in Cascum liceat? Sed hęc hactenus, princeps optime,
non quidem ut falsa pro ueris persuadeam, magis autem ut breui argumento,
sub clarissimo tuo nomine tyrones accipiant, quid nam potissimum re sit, qua
gratia tam illustre artificium hodie passim tam male audiāt, etiam apud eos, qui
sibi consummatissimae eruditioñis titulo tam bellè blandiuntur. Proinde illu-
strissime princeps, tuæ humanitatis fuerit, hunc librum uaria eruditione re-
fertissimum, non solum contra inuidos authoritate grauitateq; , qua præcæte-
ris plurimum uales, tueri: uerum etiam insignem acad. miām Tübingensem

tuam (apud quam laudatissimus ille patrius tuus princeps duxq; E B E R=

H A R T V S VVIRTEMBERGENSIS &c. mirè animum oblectauit suum, tuq;
indies præterea eandem adaugere cogitas) ob uenerandam senis
huius memoriam, magnifice, ut assoles, fouere. Hinc fiet, ut & eru-
ditorum copiam uitrorū in patria tibi pares, patriamq; terram,
cum pia, tum prudenti administratione pacatam perpetuo
conserues. Vale, Cumq; C H R I S T O F E R O filio tuo, expe-
ctationis maximæ, ac indolis optimæ principeq; dignis-
sima, duce illustriss. nostro, christo annuente, felici-
ter uiue, Stuggartię, pridie Calend. Septembres
anno redempti orbis M. D. X X X I I I .